

Lunæ totaliter deficientis observationes, Londini in Arce Londinensi habitæ, idque in ædibus & cum instrumentis Jonæ More Equ. Aurati, à Johanne Flamsteadio, Astr. Regio, Noctæ sequente d. Junii 26. 1675. st. vet.

COelum à meridie præcedente nubibus densissimis coopertum, exiguam nobis spem reliquerat defectum hunc observandi; hisce tamen sub occasum Solis attenuatis, dispersis deinde, & circa horizontem subsidentibus, Jovem primùm paulò ante mediam noctem, satellitibus suis quatuor stipatum, deinde Lunam, sudo sub Cælo, vidimus. Intererat hisce observationibus, multumque eis suâ adjuvabat diligentiam Juvenis ingeniosus Edmundus Hally, Oxoniensis. Tubos adhibuimus præstantes duos, altero septem tantum pedes longo, quo Lunæ captæ fuerunt diametri, & deficientis Lunæ partes residuæ illustratæ dimensæ; altero pedum amplius quàm 23, quo notatæ à me phasēs, & umbræ veræ ad maculas appulsus. Binis etiam usi fuimus horologiis, quæ bis ad solem septimanâ præcedenti examinata, tempora caelestia accuratè exhibuisse inveniebantur: Quibus phasium sequentium tempora notavimus.

Hora horologii oscillatorii.			
h.			
1	13 01	00	Lunæ diameter 3190 = 31.40
2	13 08	30	Penumbra nulla
3	13 11	00	Rursus Lunæ di. 3191 = 31.46
4	13 18	00	Nulla penumbra.
5	13 37	50	Nec etiamnum penumbrae vestigium: jamque Luna nubes subtervolantes subiit, sub quibus latuit usq;
6	13 46	40	Dum per earum hiatus penumbra densa, vel forsàn ipsum initium apparuit; sed certus esse non poteram, quippe ab iis rursus excepta diluit, donec
7	13 51	40	E nubibus elevata limbus notabili satis defectu laborare visus est, obscurato sextante vel minimùm octante peripheria.
8	13 55	15	Pentadactylus rectus.
9	14 02	20	Porphyrites rectus.
10	14 05	30	Sine limbus primus.
11	14 06	00	Ætnæ limbus proximus.
12	14 08	40	Partes residuæ illuminatæ 2071 = 20'. 38".
13	14 12	00	Fixa exigua telescopica, minori tubo non visibilis, in majori apparuit dimidium ferè capacitatis ejusdem, vel 15'. à limbo apparenter inferiori distans.

C c c 2

Hora

Hora horologii oscillatorii.				
	<i>h.</i>	<i>'</i>	<i>"</i>	
14	14	17	45	Partes illuminatae residuae, 1655=16'. 27".
15	14	23	05	Besbici limbus prior.
16	14	26	03	Horminius tectus.
17	14	29	00	Aemus tectus.
18	14	30	45	Partes illustratae residuae -- 1047=10'. 24".
19	14	35	00	Partes lucidae residuae — 865=8. 38; jamq; tubo longiori Fixa alia exigua apparuit, Macula Caspiae longitudinem à limbo Lunae, latitudinem ejus, à linea per cuspides ductâ dextram versus distans.
20	14	37	15	Umbra legebat occidentale littus Ponti.
21	14	39	30	Ipsa tetigit limbum primum Corocondometii.
22	14	45	00	Paludem Maotiden tetigit.
23	14	50	45	Maotis tota tecta.
24	14	56	10	Dubium an aliquid veri luminis supererat.
25	14	56	55	Immerfio: Certè enim lux primaria Lunam penitus deserueat, scilicet è regione paulò supra montes Ripheos & circa gradum limbi Heveliani 330. Hor. 14. 57'. 30", limbus coloris cineritii per tubum apparuit. Aer à septima observatione ad Immerfionem serenissimus extitit; & lucula quaedam albicans per totum defectus tempus cuspides obscuratae Lunae visa est insidere, quae eam etiam post immerfionem à parte, quae ultimam in umbram inciderat, reddebat conspicuam. Venerem deinde tubo majore gibbam; Saturnum patulis auctum ansis vidimus, cujus tamen Satellites ob lucem adultam conspiciere non potuimus. Postero manè rursus Horologia ad Solem examinata, horas praecise ad altitudines erutas ostendere comperimus.

Tenuis admodum erat Eclipsis hujus Penumbra, nec major quam Sinæ aut Ætnæ latitudo. Palus Maotis lata apparuit admodum, & quàm maximè ferè potuit, à limbo Lunae remota. Marcotis è contra compressa admodum, nec plus quàm dimidium longitudinis ipsius à limbo Lunae distans.

Isaaci Bullialdi Observationes ejusdem Eclipsis, ab ipsomet communicatae in literis 17 Julii 1675. scriptis.

Initium verae umbræ altà Capellâ ad ortum	g. 18. 45'. H. 13. 55'.
Umbra attingit Paludem Maot. altà Lyrâ ad occ.	g. 50. 51. H. 14. 55.
Immerfio totalis altà Lyrâ ad occ.	g. 48. 50. H. 15. 6.
Tabulae meae Philolaicae ostendunt Initium Parisiis	H. 13. 50. 44".
Immerfionem totalem	H. 15. 0. 58.
Heckerus in Ephemerid. Initium Parisiis	H. 13. 49. 26.
Immerfionem totam	H. 14. 56. 12.